





1. Boeck f. Friderici Samuelis / Diff. de Notione  
Immensitatis Dei amplificanda Co-  
templatione magnitudinis Mundi.  
Regionenti 1768. Autor J. C. Reversi.
2. Bode f. Christophorus Augustus / Protevan-  
gelium Geneser Cap: 111 Vers: XV. Helm-  
stad: 1763.
3. Bochmer f. D. philip Adolph: / programma, de  
Christo filio Boninoris, Halle 1765.
4. —— programma, addita est illustratio  
ad ita est illustratio Loci 1 Corinthi 24, vers, 51.  
Halle 1766.
5. —— programma in commentationem ad  
illustrationem Actuum Apostolorum, 1766.
6. Büchner f. D. Andreæ Elie: / programma in  
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrack f. Ioh: Tob: / programma paracliti  
Appellatione Spiritui Sancto tributa,  
Halle 1764.

# NOTIO FIDEI BIBLICA

DISSESSATIO THEOLOGICA

QVAM

PRAESENTE

## GOTTHILF TRAVGOTT ZACHARIAE

SACR. THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE

PUBLICO ORDINARIO

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

D. XXIII. DECEMBR. A. O. R. CIOIOCCCLXVIII.

EX LEGE

REGII COLLEGII THEOLOGICI REPETENTIVM

PUBLICE TVEBITVR

AVCTOR

## IOAN. FRID. LVDOV. SCHNOBEL

ELTZA - CELLENSIS.

GOETTINGAE

EX OFFICINA HAGERIANA, CURANTE E. D. ALBERTI.

NOTIO IDEI BIBLICA

DISSERTATIO THEOLOGICA

OLAVI

THAESSIDE

GOTTINAE TRAGOTT  
SACCHARIÆ

SACCL. THEOLOGIAE DOCTORIE ET PROFESSORIE

PARVICO ORDINARIO

IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

17. NOVEMBRII A.D. 1710. CLOVISCELA

AN EX LIBRIS

HELIUS GÖTTSCHEI THEOLOGICI FRATERNITATIS

LIBRARIUS THEATRI LAR

EX LIBRIS

JOAN FRED LADOU SCHNOEFFL

EX LIBRIS - GÖTTSCHEI

GÖTTSCHEI

EX LIBRIS MAGISTERIA CUNINGE D. ALBERTI

ILLVSTRISSIMO DOMINO  
DOMINO  
GERLACO ADOLPHO  
L.B.A MVNCHHAVSEN

DYNASTAE STRAVSFVRTI CET.

POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS

ET

ELECTORIS BRVNNSVICENSIS  
STATVS PVBLICI IN TERRIS GERMANICIS  
ADMINISTRO SVMMO CET.

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

HANC DISSERTATIONEM

EA, QVA PAR EST, REVERENTIA  
SACRAM ESSE VVLT,

DEVOTISSIMVS CVLTOR  
AVCTOR DISSERTATIONIS.

ILLUSTRISSIMO DOMINO  
DOMINO  
GERALGO ADOLPHO  
LIBRANCHHAUSEN

DYNTATIS ET RERUM NATURALI CEST  
TOTINTISSIMA MAGNAE RERUM NATURALI REGIS  
ET  
ILLUSTRISSIMA FRANCISCEMIS  
STATAS PRACTICE IN TERRIS GERMANICIS  
ADMIRABILIO EAMMO CEST

DOMINO SAV INDAGENTISSIMO  
HANC DISSERTATIONEM

EX GAV LVR EST REAVERNTIA  
SACRAE SCSS VLT

DISCUTITIONES CAVITON  
AUTOM DISSERTATIONE



**F**idem in Iesum Christum, nostrum salvatorem, vnicam conditionem, sub qua salutis aeternae participes fieri possumus, sacrae noui foederis tabulae constituent. Quantum hanc ob causam eiusdem sit momentum in ordine, vt vocant, salutis, satis exinde patet. Hac enim ratione Fides in Iesum Christum pars huius ordinis essentialis est, eaque ex parte nostra necessaria. Nulli enim satisfactio Iesu Christi a Deo tribuitur, quam qui hunc suum salvatorem accepit, & propter meritum eius iustificari atque vita aeterna dignum se pronuntiari confidit. Id quod Paulus (Act. XIII. 39.) brevibus effert: ἐν τούτῳ (ἐν ὁ θεός ἡγείσει, Ἰησοῦν Χριστοῦ,) πας ὁ μισεῶν δικαιούσθω.

A

§. II.

In hoc omnes, qui sacrarum N. F. literarum diuinam originem non impugnant, conueniunt. Fidem nostrae salutis conditionem maxime necessariam ex nostra parte esse; in definienda vero genuina huius Fidei notione varie discrepant, quum quaeque de ipso hoc salutis ordine dissentientium secta vniuerso suo systemati conuenientem sibi singat definitionem. Quanti res sit momenti, & quam necessarium, ut omnes, a Christo aeternam salutem sperantes, unam eandemque veram ac certam Fidei, quae huius salutis ordo est, notionem teneant, ex eo facile patet, quod, nisi in ipsa Fidei conueniant notione, non eandem sequi poslunt salutis viam, sed pro varia Fidei notione aliam aliamque sibi effingunt, quam vero non nisi unicam prescrispsit Deus ipse cunctis per Christum saluandis, atque, quod maximum est in ordine salutis, pro arbitrio efformare audent. Sola sacra scriptura, quae nobis hanc unicam salutis nostrae conditionem tam serio iniungit, nos etiam hac de re, si illa duce utimur, instruere ac certos reddere potest. Ne autem a recta via aberremus, sedulo nobis est ratio habenda variarum verbi πιστεως significationum, quas in scris litteris habet, ut πιστεως istius, per quam salutis aeternae participes erimus, notionem ab aliis discernere, ac definitionem eiusdem ad mentem sacrae scripture constitutre possimus. Cui negotio hanc quamcunque dissertationem destinauit.

Plurimi veterum Theologi, quorum sententiae etiam recentiorum nonnulli subscribunt, hanc fidei salutifica definitionem in primo commate Cap. XI. Ep. ad Ebraeos plene inuenire sibi persuaserunt,

quod

quod tum Theologiae dogmaticae systemata ac compendia, tum Commentarii in hanc epistolam satis testantur, & hanc ob causam per totum caput de hac fide sermonem esse contenderunt. Sed celeberrimi nostrae aeratis interpretes huic explicationi contradixerunt, quare non alienum erit, si hoc loco sententiam horum defendere argumentaque colligere suscipiam, in primis quum, si hoc loco ipse Paulus tradat fidei saluifica definitionem iustum, non sit, cur tam sollicite reliquos sacros libros peruvoluamus ad eruendam demonstrandamque rectam fideli huius notionem, quod nihil minus esse necessarium existimo. Apostolum Ebraeos per hanc epistolam ad constantiam in fide in Iesum Christum admonere voluisse, nou potest negari, sed in hoc cardo huius disputationis agitur, num Apostolus fidei saluifica definitionem in primo Cap. XI. committat tradat, atque exemplis huius fidei illustreret, quod negandum censeo. Nexus huius sectionis cum antecedentibus mentem Pauli clariorem reddet. Ebraeos ad constantiam in fide in Christum, quae per varias persecutions, quibus isto tempore praesertim premebantur, & quae adhuc illis verenda erant, facile poterat dubia reddi, penitusque exstingui, adhortari studet in parte huius epistole practica, Cap. X. 19. sqs. hac quidem ratione, ut illis certum & felicem calamitatum praesentium exitum in memoriam reuocet a Deo promissum, & necessitatem constantiae in fide fiduciaque in promissionibus diuinis declareret, si promissis diuinis frui vellent. (comm. 36.) Obiectum huius Πιστεως igitur promissionibus diuinis de ipsis liberandis ex ipsis calamitatibus absoluatur, quas breui iri impletum sperare iubet Paulus (com. 37.) quarum vero tantum per constantem fidem, Deo datam, (ἐν πιστεως) ob has promissiones nulli poenae obnoxium (δικαιογον) participem fore (ζητετω) addit (com. 38.). Ex

A 2. XI. 19. 27. ipm quo

( 10 )

quo obiecto iam patet, non de fide saluistica ipsa, sive de fide ipsam aeternam salutem a Deo expediente, sed externam liberationem ex persecutionibus, vel cui salus illa aeterna promittatur, sermonem esse. Et summam certitudinem & constantiam a vera fidei fiduciaeque in Deum natura non posse separari, atque in pluribus V. T. exemplis luculente nobis proponi, vna cum egregiis, quae acceperit, praemitis Apostolus assertit capite XI. Praemittit igitur generaliorem aliquam verae fidei descriptionem, quam comma primum complebitur. Quam si paulo curatus explicamus, sententia, quam tueor, clarius evadet. Hanc την, sive fiduciam, quam promissionibus diuinis habemus, Paulus esse debere ait ὑπεραστιν ἐλπίζομεν. Haec vox (ὑπεραστις), quae variis significatibus gaudet, varie etiam est explicata, ut philosophica adeo huius vocis notio lucis translatas, quas omnes explicaciones lucis conserne non erit operae pretium. Illam modo, quae mihi aridet, proponam. Originem suam haec vox trahit ab υφισεωι, animose ac fortiter considere atque expectare, unde ὑπεραστις est patientis ac fortis expectatio a). Haec vocis istius notio non est inusitata, occurrit in versione LXX interpretum, qui Ebr. ηλητιον (Ps LXXXIX. 47.) quam vocem etiam per υπεραστην aliis locis reddunt, (Iob. VI. 11. XIV. 14. XXXII. 16.) & πηρατ. (Ruth. I. 12. Ezech. XIX. 5.) quam vocem non minus per υπεραστην explicant aliis locis (Ps LXII. 6.) per υπεραστιν translulerunt b), sicut verbum υφισεωι pari sensu atque ελπίζει occurrit (Mich. V. 7.). Hoc sensu etiam in profanis scribus quani in iudeo την, minoide euclimico cisti καιροις επιτοιμιαις την μεταριθμητην (επιτοιμητην) ειλικρινην επιτοιμητην  
a) Conf. III. MICHABILIS in explicatione epistole ad Ebraeos. insit  
b) Conf. TRÖMMLER in Concordant. sub hac voce & WETSTEIN  
nisi vs ad II. Cor. IX. 4.

( ० )

ptoribus occurrit, quod RAPHELIUS & WETSTENIUS <sup>a)</sup>) exemplis probarunt. Haec vocis huius notio optime conuenit cum nexu; hanc constantiam sive certam atque immotam fiduciam, ad quam illos, ad quos scribebat, admonuerat (Cap. X. 35, 36.) eandem esse fidem contendere pergit, ex qua δικαιος vitae accipiat promissio-  
nem, quaeque eam ipsam ob caussam την ὑποστολην opponatur. Con-  
veniunt enim per vsum inter se, quod ante probatum, ὑπομονη & ὑ-  
ποστασις, sicut hic Paulo ὑπομονη & πιστις, utraque την ὑποστολην op-  
posita, (v. 38. 39). Υπομονη enim necessitatē ex loco aliquo pro-  
bat, qui πιστεως necessitatē demonstrat, atque πιστιν hanc esse illam  
ὑπομονην, sive quod idem est, ὑποστασιν dicit. Quo patet, esse πι-  
στιν, ὑπομονη & ὑποστασιν voces synonymous, eo igitur postremam hanc  
vocem adhiberi sensu, quo cum θεωρητis Hebraeorum conuenit. Ad-  
dit, esse ἐλεγχον, quae quidem vox est generalior, cognitionisque  
summam complectitur certitudinem, quae huic certae fiduciae etiam  
inest, at ad alii etiam res referri potest. Quam ob rem την ὑποστοσει-  
dat τα ελπισμενα, huic vero ἐλεγχω concedit ου βλεπομενα cuncta,  
quae plura complecti, quam futura promissa, statim fidei exemplum  
allegatum primum probat, quod ad fidem rerum praeteritarum verbo Dei  
constantium pertinet. Etsi igitur τα ελπισμενα sint inter illa, quae oculi  
nondum sunt obvia, nihilo minus alia etiam sunt inter ea, fidei  
que obiectum a Paulo constituantur, quae partim in fide non admit-  
tuntur non sed in conscientia conueniunt. A 3. tunc in modis variis tunc  
in modis variis tunc in modis variis tunc in modis variis tunc  
e) in annotationibus Philolog. in N. T. ex Polyb. & Arriano.

a) Ioco cir. ex quibus mihi ista significatio perplacet, quam RAPHE-  
ELIUS etiam ex Polybio attruit, qua animus fortis ac constans, qui  
loco non cedit in dimicando, indicatur, & quae nostram hoc lo-  
eo illustrat.

tunt ob suam naturam nisi certam coniunctionem, quum ex rerum speratarum certissima noticia sponte illa sequatur immota fiducia, quam ὑποστατικ vocat Paulus. Fidei igitur esse certissimam persuasionem, in primis rerum, quae sensibus percipi non possunt, hinc si de promissionibus agatur, non ad impletas, sed implendas pertinere eam, & sine firma consistentia in spe & indubia exspectatione cogitari non posse, dicit. Ex hac ipsa πίστεως, de qua sermo est, a Paulo tradita descriptione satis elucet, ipsum Fidem istam, quae nos coram Deo iustificat, definire noluisse. Quam manca enim ac indefinita esset, quum ne meriti Christi quidem, nec bonorum, quae per illam consequi confidimus, mentionem faciat, et si, dummodo id, circa quod fides versatur, accuratius desioiatur, saluisticae natura non minus exprimatur, quippe quae etiam est ὑποστατικ & ἐλεγχος, species igitur sub genere a Paulo descripto comprehensa. Hic vero fidem non in respectu ad salutem aeternam, sed imprimis ad promissa temporalia beneficia spectari, non ante dicta solum probant, sed &, (quod contrariae sententiae defensores ingeniosis partim at coactis explicationibus negare ingenium exercuerunt,) ipsa ab Apostolo in medium prolatâ huius πίστεως exempla, quae nullo modo de fide saluistica possunt explicari, sed de fide constanter promissionibus diuinis data de terribus bonis vel liberationibus a periculis, quod ultimum praesertim ex commatiis 33. 34. sine omni contradictione patet. Sequentem enim init rationem probandi: hanc in fide constantiam nos non fallere, sed nobis certissimam diuinarum promissionum impletionem acquirere, Deoque maximopere probari, illustria historiae sacrae exempla confirmant. Omnes enim istos, qui constantes in fide diuinis data promissionibus perseverarunt, spes non defecit, sed id, quod fiducia penitus

penitus inconcessa sperauerunt, consecuti sunt. Atque haec constans fiducia vnica fuit caussa, ob quam illis promissiones diuinae sunt impletæ, quam suam vim in nouo foedere non potest amittere. Haec sunt, cur hoc comma nullam Fidei saluisticae definitionem exhibere existimem; & quum sacrae literae eam nullis aliis locis plene exhibeant, ipsa nobis ex aliis ipsarum effatis est formanda.

## §. IV.

Verum enim vero ante omnia id generatim obseruatum velim, qua ratione notio *reverentiae generalior*, siue quicquid credere dicamur in sacra scriptura conueniat cum vulgari loquendi usu, & qua ratione plura vel pauciora in credendi actu possint conuenire. Notio vera credendi in sacris litteris vna eademque est, quam quidem in vita communi habuit quisque aevo antiquiori nostroque, adhuc habemus tempore. Rem enim aliquam credere nos dicimus, si eam proverba ac certa habemus. Fides igitur omnis est persuasio ac conuictio de rei alicuius veritate ac certitudine, argumentis idoneis visis innixa, qualiacunque demum sint, ob quae credimus, argumenta, quum plerumque quidem aliorum testimonii credere dicamus, in vita vero communi & credendi voce de aliis etiam rebus nonnumquam vtatur. Credimus enim, esse Deum, non testimonii tantum aliorum edociti, sed & ipsa mundi contemplatione conuicti. Credimus, bene alios vel male erga nos esse animatos, non testimonii sed argumentis aliis inducti. Haec generalem fidei conceptum constituant, qui fidei cuique competit, quamquam ipsa haec fides circa varia obiecta possit versari, quae diuersos in mente nostra pariunt sensus motusque. Haec si fidei obiecta ad nos quidem non pertinent, tunc fides nostra singulares

lares apud animum nostrum non producere effectus potest, si autem aut ad actiones nostras, aut ad salutem nostram pertinent, quae credimus, tunc certe non potest non in mente operationes habere fides his argumentis fidei conuenientes. Sunamus enim, factum quoddam, quod scriptor fide dignus memoriae prodidit, neque cum salute nostra, neque cum vita nostra instituenda coniunctum, fidei nostrae obiectum esse, tunc in sola persuasione de eius veritate persistimus. Contra vero ponamus, leges diuinas, quae actiones nostras dirigunt, fidei nostrae subiacere, tunc ex ipsa nostra conuicione de earum veritate sequitur, vt id, quod vetant, iniustum, &, quod iubent, iustum iudicemus, atque hac ratione nos illis obstrictos existimemus; si doctrinas diuinas sumis nobis patefactas, id sequitur, vt illis assentiamus non solum, sed obsequio etiam prosequamur. Si vero doctrinae istae in primis salutem aliquam ingensque beneficium sperare iubent, vt promissiones diuinae, quae felicitatem nostram pollicentur, tunc spes & fiducia, qua eas vt certo futuras expectamus, fidem nostram comitatur. Quo igitur fit, vt hae duae partes, conuiclio de veritate alieuius rei, cum fiducia in aliquo promisso generaliorem vocis *visus* conceptum in S. scriptura constituant, quo omnes alias ut species possunt referri.

## §. V.

Ex his patet, generalem fidei notionem nunquam mutari, etiamsi circa varia obiecta, quae varios in mente iterum efficiunt sensus & commotiones, possit versari. Itaque, si ad obiecta eius atten-dimus, tunc facile diiudicare poterimus, de quanam fide in iis locis, in quibus ipsius mentio fit, sermo sit. Nulli omnium diuinitus inspi-rato-

ratorum noui foederis scriptorum τῆς πισεως vox sub pluribus notio-  
nibus visitior est, quam Paulo, ut omnes eiusdem significatus colle-  
gisse videamur, si hos, qui in scriptis ipsius occurunt, huc contuleri-  
mus. Huic fini viuice inseruire potest epistola ad Romanos, quae o-  
mnium fere fidei notionum, & in primis istius, cui iustificatio coram  
Deo tribuitur, sedes est, & quarum rite instituta explicatio sensum di-  
ui Pauli, qui sane non omnibus in hac difficultatibus caret, praecipue  
explanat. Ad ordinem obiectorum fidei, §. praecedente nominato-  
rum, recensionem variarum fidei notionum instituam. Primum igitur  
locum tenet fides ista, quae legibus diuinis habetur. Hanc innuit  
Paulus in toto huius Ep. Cap. XIV. quod melius apparebit, si id, de  
quo sermo sit Paulo in hac sectione, clarius ante oculos posuerimus.  
Nonnulli Iudaeorum ad Christi religionem conuersorum se adhuc legi  
ceremoniali deuinctorum existimabant, hancque etiam a gentilibus obser-  
vandam esse contendebant, vnde variae illis dubitationes oriebantur,  
in primis de discrimine puri & impuri cibi. Ex quibus quum facile in-  
ter Christianos ex Iudeis gentibusque conuersos lites oriri possent at-  
que dissidia, vereque in pluribus Christianorum coetibus ortae essent,  
quaes in primis maioribus ecclesiis non poterant non valde noxiae &  
periculose fieri, lites eiusmodi inter Romanos etiam metuendas vel  
iam ortas comprimere studet Paulus; sic quidem, ut mutuam suadent  
tolerantiam, atque ad haesitantium infirmitatem melius eductos, ubi  
offendi possent & ad laedendam conscientiam dubiam induci, descendere iubeat. Interim de rei ipsius veritate vel falsitate vberius non  
disputat, et si satis diserte omnis ciborum discriminis abrogationem in  
N. T. approbet certamque esse declarat, (com. 14. 22. &c.). Hos  
de abrogata in totum lege ceremoniali adhuc dubitantes appellat Apo-

stulus commate primo, ὁδεγντας τη πιστη. Πιστη h. l. nihil aliud est, quam conuictio ac persuasio de veritate alicuius rei, & quidem hoc in nexu de veritate abrogatae in totum legis ceremonialis. Prius intelligitur non solum ex prima vocis huius significatione, sed etiam ex comm. 2do, in quo Paulus ipsum verbum πιστευει adhibet, atque τω ὁδεγντι opponit, quod quidem, si sensum habere debet, non esse potest, nisi certo esse persuasum, cuncta comedere licere Christiano, sicut alterum, ea de re esse dubium, significat. Eundem etiam habet significatum, quem locutio πιστη εχειν (v. 22.) nempe: certissime animo suo conuictum esse. Posterior vero patet ex totius Capitis contentis, praesertim ex eodem commate secundo, quo Paulus obiectum huius πιστως clare enunciat per παντα φερειν, de nullo ciborum discrimine obseruando, atque ex altero exemplo ex dierum discrimine variaque sanctitate repetito (v. 5.). 'Ο ὁδεγνως τη πιστη itaque est ille, qui in sua cognitione de libertate, Christianis concessâ, omnia comedendi sine legis diuinæ violatione vacillat & labitur e), atque igitur in dubiis & errore circa hanc rem versatur. Fides enim illa, que in leges diuinæ fertur, operatur in nobis iudicium de eo, quod legitimum aut illegitimum est in aliqua re. Hoc modo etiam fides illa erit definienda, de qua Paulus in fine huius capituli loquitur, quod, obiecto orationis Paulinae definito, pluribus probetur necesse non est; addam tantum vberiorem commatum 22. 23. versionem: *Si tu habes conuictionem & persuasionem, omnia esse pura & eorum usum legi*

*non*

e) Sic vero & hoc & 21, comm: δ ὁδεγνως: qui vacillat & labitur, ex usu huius vocis in LXX interpretibus, qui Ebr. לְשׁוֹן vertunt ὁδεγνως, (e. g. Prov. XXIV. 16. Mal. II. 8.) quod TROMMIVS. in Concordant; sub hac voce probavit.

( o )

non contrarium ( non opus est, vt fratrī tui sententiae te addicas; sed,) habeas eam quoad te, solo Deo conſcio. Felix eſt ille, qui ſe, ( talia comedens,) non damnat ſua ſententia. Qui vero dubitat ( de legitimo eorum viu,) dannatus eſt, ſi comedit, quia non ex conuictione de libertate haec comedendi veficitur. Omne enim, quod non fit cum perſuafione, ex lege diuina eſſe illud licitum, peccatum eſt. f).

### §. VI.

Latius patet Paulo fidei nomen, vbi comprehendit cunctas doctrinas diuinas. Conuictio de veritate harum doctrinarum operatur in nobis affensem & receptionem earundem, quam alias etiam, si fidem alicui sacris doctrinis datam tribuimus, hac voce comprehendimus. Quae igitur ad cognoscenda non minus atque ad facienda & fugienda pertinebit. Et hac notione sine dubio fides eſt intelligenda Romanorum, quae vbiique fuit diuulgata ac laudata, quod Paulus Cap. I. 8. de illis praedicat, fides nimurum, quam doctrinis salutaribus Euangelii, quod apostoli per totum orbem terrarum praedicabant, habebant, cuius ſumma haec eſt, Iesum eſſe Christum, verum in V. T. promiſſum Mefſiam, qui pro nobis mortuus, refuſitatus ac in coelos ſublatus ſit, vbi imperium abſolutum in omnes res exerceat. Qui haec certa conuictione pro veriſiſmis accipit, is etiam ſe obſtricium exiſtimare debet, omnibus huius doctrinae praeceptis ob-

B 2 tempe-

f) Ultima haec verba nonnumquam de fide iuſtifica ſunt explicata, & adhuc explicitantur, quod, quum in doctrina de bonis operibus nomine hoc dignis varias pepererit ambiguitates, inanibus nonnumquam diſputationibus dedit occaſionem, ſed cadit hac explicatione omnis haec diſputatio, quatenus a loco hoc pendet, & quicquid eo docetur, eo credit, non eſſe contra conſcientiam dubiam agendum,

temperare. Haec est obedientia, quam Paulus (Cap. I. 5. & XVI. 26.) *ὑπακονη πιστεως* appellat, vbi *πιστις* eodem sensu accipi potest, quo ante, quum obedientia ipsa non sit fides, sed ex fide demum necessario consequatur, recte igitur fidei obedientia vocetur. At si malis etiam *πιστιν* obiectiue de fidei doctrinis ipsis intelligere, ex eadem hac notione fidei generaliori fieri saepius solet, vt nomen hoc doctrinis ipsis, quae credendae sunt, detur, vocum in aliis etiam rebus frequenti commutatione, ob nexus rerum inter se arctissimum. Quam ob causam generalior haec *πιστις* nihil aliud, quam ipsa integra recepcionis Christianismi est, & hoc respectu opponitur *τη απιστια*, doctrinae sacrae diuinitus patefactae malitioso contemtui.

### §. VII.

Progedior nunc ad specialius obiectum fidei, promissiones nempe diuinias, quaecunque demum sint, ad quod fidem saepius solum referri iam §. IV. dixi. Conuiclio de harum veritate securos nos reddit, & in nobis fiduciam parit, certo eas iri impletum, quod hanc fidei speciem maxime distinguit. Promissiones enim diuinae varii generis esse, & cum bona terrena tum spiritualia continere possunt, quae vero varietas ipsam generalem hanc fidei notionem non mutat, etsi varias eiusdem species, haud semper coniungendas, pro varietate obiectorum gignat. Hinc vario modo *της πιστεως* in sacris literis etiam circa promissa diuina versantis fieri solet mentio, cum fidei huius variis effectibus, quod non in ipsis notionis, sed in obiectorum s. promissionum, circa quas fides versatur, varietate suam habet rationem, quum omnis haec fides in eo conueniat, quod promissionibus diuinis ei, qui credit, diuinitus datis, sine dubitatione praebeat assensum.

Exem-

Exemplis in Pauli epistola occurrentibus hoc iterum illustrare possum. Fides ista, ob quam maxime haec causa agitur, cui Paulus iustificationem coram Deo tribuit, huc praesertim pertinet, quia etiam promissionem diuinam pro obiecto habet. Quod ultimum si probe notamus, Pauli dissertatio de hac fide, quae primarium argumentum huius epistolae est, evidentior nobis eudet.

## §. VIII.

Fides igitur ista, per quam coram Deo iustificamur, eiusdem indolis est, qualis fides omnibus promissionibus diuinis in vniuersum summis data; quatenus vero iustificat, singulares Dei ad iustitiam nostram & salutem sempiternam pertinentes promissiones pro obiecto habet; unde in eo solum inuicem conueniunt, quod vtraque circa promissiones diuinias, id est, circa res, quae impletæ nondum oculis conspiciuntur, versetur. Et haec est ratio, cur Paulus fidem iustificam cum fide Abrahami in toto Cap. IV. Ep. ad Rom. comparet. (In antecedentibus enim Apostolus contenderat, quod vno' quasi intuitu perspici potest ex Cap. III. com. 28. in quo ratiociniorum suorum præmissorum summam facit, nos per fidem iustificari, non per opera). Obiectum huius πίστεως Apostolus refert commatibus 17-22. col. Gen. XV. 3-7. promissionem nempe istam, quam Deus Abrahamo dederat, ingentem ipsi futuram esse posterorum multitudinem. Atque haec etiam indubie est, ad quam Abrahami fides, propter quam iustus sit reputatus, refertur in ipsa historia, (Gen. XV. 3-7.). Hanc immota fiducia ut certo futuram accipiebat, hoc est, credebat, quod Deo tam accepturn erat, vt illi, præmii gratui loco, in foedere cum illo facto

(coll. Gen. Cap. XV. 7. cum Rom. IV. 13.) g) terram Canaan promitteret. Pro iusto reputatus igitur ob fidem, promissioni diuinae de posterorum ingenti multitudine datam, est Abrahamus, quem non poe-

13.

g) Probe quidem noui, difficilem videri auribus nostris locutionem, si per τὸν κοσμὸν terram Canaan intelligatur, & hanc ob causam interpretes varias proposuisse explications, & saepius maius quid quaerere in his verbis, quam terrae Canaan promissionem, ideoque ad mysticas configurare interpretationes. Neque vero opus id est, sed potius ὁ κοσμός, οἰκουμένη, γη, quam conueniant cum Hebraeorum בָּתָּן, notionem vbiique habent vniuersi orbis terrarum, sicut γῆ eique respondens graeca vox γη, modo orbem terrarum, modo terram Canaan significat. Id vero est certum, si γַּדְעֹנֵן in promissionibus piis Israelitis datis dicitur, id non promitti, possessuros eos esse integrum terram Canaan, sed quum maxime possessio secura & quieta peculii in terra hac promissa esset piis Dei cultoribus inter Israelitas, cui saepius indicta rebellibus & immorigeris extirratio ex terra est contraria, illud est indubium, non esse γַּדְעֹנֵן (κληρονομεῖν τὴν γῆν) nisi peculium habere in terra Canaan. Conf. modo inter plura alia Pl. XXV. 13. XXXVII. 9. 11. 22. 29. 24. Nam itaque cogites Abrahamum sine peculio in terra oberrantem, atque ex patria egressum, & facile intelliges, κληρονομεῖν τὸν κοσμὸν s. τὴν οἰκουμένην, non esse possidere integrum orbem terrarum, sed peculium nancisci in orbe terrarum. Recta itaque est interpretatione, et si κοσμὸν vox significatum terrae Canaan non accipiat. Quam ob rem eorum sententiae subscribe, qui Apostolum promissionem terrae Canaan per τὴν ἐπαγγελίαν κληρονομίας τὸν κοσμὸν intelligere existimant. Hoc enim mihi cum historia Abrahami a Mose tradita optime congruere videtur, quam Apostolus in sequentibus tam curate allegat.

na, sed praemii diuinis dignus iudicaretur, praemii nimirum illis,  
quas ipsi altera de terra Canaan possidenda promissio concessit. Ita-  
que comparatio Fidei Abrahami, cum Fide Christianorum a Paulo in-  
stituta, sic se habet: Christianis etiam facta est promissio a Deo, cuī  
fidem habere debent, nempe remissio peccatorum propter meritum  
Christi. Cui certo si confidunt immobili fiducia, non habent solum,  
quod credunt, quum ipsa remissione peccatorum immunes sint a poe-  
nis diuinis, sed adeo etiam accepta est haec immota fiducia Deo, ut  
largissima praēmia ob fidem hanc concedat, ipsam vitam aeternam.  
In hoc ergo fides Abrahami & Christianorum discrepant, quod prior  
habuit promissiones de bonis terrestribus, posterior vero de bonis  
spiritualibus; quam differentiam Apostolus indicare & obiectum fidei  
Christianorum curatius determinare, comparationem etiam cum illa  
Abrahami fide luculentiore reddere voluit, si eam fidem in Iesum  
Christum, & in eum, qui Iesum a mortuis resuscitauit ad certitudi-  
nem vitae aeternae nobis paratae vocat (com. 24. 25.), & doctrinam  
exemplo Abrahami Christianis dari docet, qualis sit fides illa, quae  
Deo placeat; vbiunque salus ab ipso sit promissa, hinc & in promis-  
sionibus salutis in Christo nobis datis. Sed opponi nobis posset, hac  
ratione prorsus negari, Abrahamum talem fidem, qualem Christiani,  
habuisse. Huic vero dubio facile respondere possumus: de hac fide  
Abrahami Paulus hoc loco non loquitur, quam vero ideo non negat,  
& quae satis aliis argumentis probari potest ex ipsa etiam hac integra  
historia, ad quam Paulus respicit, deriuatis, sed fidem istam promis-  
sionibus terrenis datam cum fide promissionibus spiritualibus danda  
comparat, quia diserta scripturae S. effata aptissima erant, quibus fi-  
dei Christianorum naturam & effectus explicaret. Eundem in finem

adhi-



adhibet Paulus dictum Habacuci Cap. II. 4. in Epist. sua Cap. I. 17. διναος ἐν πισεως Σηστοι. Habacuc loquitur hoc loco de Fide promissioni diuinae de liberatione ex captiuitate Babylonica data, quam in sua prophetia populo promisit, & haec verba quasi sunt responsio ad querelas istas capite I. de crudelitatibus, quibus Israelitae a Babylonii affligebantur, obuias, & ad interrogationem istam: num Deus has aequo possit ferre animo? quae huc fere reddit: per breue temporis spatium adhuc patientiam exercendam illis esse, tunc enim promissam liberationem certo iri impletum. In hoc igitur nexus sensus horum verborum hic est: Ille qui nullas poenas promeretur (διναος) propter fidem, quam huic promissioni diuinae habet, de liberando populo ex hac captiuitate, vere eripietur ac liberabitur (Σηστοι). Paulus haec verba propter vniuersalem sententiam, quam continent, allegat: Vnusquisque, qui promissionibus diuinis fidem habet, illarum certe particeps fieri, atque ingenti felicitate potietur. Hanc applicat ad fidem Christianorum.

## §. IX.

Id quod homini respectu promissionis diuinae ad iusticiam tribuitur, Apostolus πισεως nomine non solum insignit, sed iterum illustri Abrahami exemplo vtitur, ad veram huius fidei qualitatem distinctius describendam. Postquam Paulus demonstrauerat, Abrahamum per fidem esse iustificatum, ipsam hanc fidem pluribus verbis quasi depinxit: Abrahamum impletionem promissionum a Deo certa exspectouisse fiducia, qui per suam omnipotentiam mortuos in vitam reuocare, & rebus, quae existere desierunt, existentiam iterum donare possit,  
(Cap.

(Cap. IV. comm. 17. b). Quin imo, quum ne minimam quidem spem haberet, promissionem diuinam modo naturali impletum iri, Deo credidisse (com. 18.) nec in persuasione ac conuictione sua vacilasse, etiam si tot tantaque argumenta eam impugnarent, sed fortiter in ea stetisse, (com. 19. 20.) ac de hac Dei omnipotentia plane coniustum animo fuisse. Ex hac Pauli descriptione fidei Abrahami luculententer patet, Fidem esse certam ac indubitatam expectationem ac fiduciam de promissionibus diuinis certo implendis, oppositam itaque cuncte dubitationi. Ex quibus omnibus id luculente patere existimo, fidem promissionibus diuinis habendam ubique esse in sua natura eam-

dem,

b) Hoc comma varie est ab interpretibus explicatum, sic quidem, ut non nulli contendant, verbis: ζωποισυτος της νευρους, Paulum indicare voluisse, Abrahamum resurrectionem mortuorum credidisse, & ex hac fiducia mandato diuino de mactando suo filio obtemperasse, quum sibi persuaderet, Deum eum a mortuis in vitam reuocare posse. Verba etiam: καλευτος τα αντα &c, Cl. WHITBY adeo deconuerzione gentium, alii vero de persuasione Abrahami de vocatione alias sacrificii, Isaaci loco mactandi, interpretati sunt. &c. Quamquam spem vitae futurae post fata Abrahamo haud abnegem, tamen ex hoc loco eam probari posse non existimo. Paulus enim το ζωποιειν τους νευρους ad σωματα νεγκεωμενους Abrahami & ad την νευρωσιν της μητρας Σαρρας refert, quod ex vberiore descriptione huius fidei (quam hanc ob causam com. 18. πισιν παρ' ἐλπιδι επ' ἐλπιδι nominat,) immotae, com. 19. tradita, patet. Cui accedit quod promissum, Abrahamo Gen. XV. §. fine certa filii promissione datum, conferat cum promissione de Isaaco intra annum nascendo, Gen. XVII. §. quo tempore de mactatione Isaaci nullo modo poterat cogitari.

dem, atque reputationem pro iusto, si ad iudicium diuinum referatur, eius esse perpetuo effectum, dari vero promissiones ad terrenam salutem spectantes, aliasque ad spiritualem & aeternam, quibus eadem sit fides danda, quae illis, fides nimurum, quae certissimam habet de impletione conuictionem, omnemque dubitationem excludat, nihilque aliud ad fidei huius naturam requiri. Ex quo sequitur, fidem illam, cui Paulus iustificationem nostram tribuit vnicę circa promissiones diuinę versari, & ex mente Pauli solum iustificare, quatenus de promissionum diuinarum certitudine non dubitat.

## §. X.

Fidem, dixi, ad meras promissiones diuinę pertinere, at simul, quae ob mandata diuina fieri debent, complecti, quod quidem optant, qui non ob *Christum* solum, sed simul ob opera in iudicio diuino iusti fieri volunt, at *Pauli* doctrinae illud conuenire, fidem & promissionibus diuinis credentem, & opera sancta gignentem vtroque modo spectari in iustificatione, id est, esse fidem iustificam, quatenus opera gignat bona, difficulter probabunt. Neque inter Theologorum subtilitates referri potest praeter scripturam inuentas distinctio haec, si satis luculente eadem ratione distinguat *Paulus*. Neque enim eorum est, hac de re iudicare, qui voces tantum arripiunt, sed qui *Paulum* accurate satis docentem & discernentem audiunt. Non enim in iustificatione adiungit fidem operibus legis, sed semper opponit, ita vt ἐν πιστει idem sit ac χωρις ἐργων νομου, atque negetur hoc, si adseratur illud, quod quidem de re quadam ipsa fide comprehensa esset absurdum. Conferas modo velim Cap. III. 28. IV. 4. vbi non tantum legis opera, sed operari, quicquid sit, operibusque mercedem



cedem mereri opponit τω πισενειν, ita ut κατ' ὁραιον dari dicatur,  
κατη χαριν dari negetur, quicquid operanti quaecunque opera datur,  
ideoque absurdum aestimetur, ex quibuscumque legis operibus deriuare,  
quicquid ex gratia, hinc quicquid propter fidem detur (Cap. XI. 6.).  
Neque legis opera esse ei tantum opera cultus diuini leuitica, non so-  
lum, ex vniuersa legis operum absque ylla limitatione appetat men-  
tione, quae, et si νόμον intelligas de lege scripta Mosaica, non sunt  
ceremoniae religiosae tantum, sed opera etiam quaevis moralia lege  
Mosaica Iudeis praescripta, sed etiam ex cunctis fere exemplis a Pau-  
lo prolatis, quibus probat, non prodesse Iudeis legem diuinitus ipsis  
datam, quem ipsis legum sint transgressores, quod exemplis probat  
moralibus. Inprimis vero si ex negatione, opera legis iustificare, con-  
sequi debet, legis itaque omnis usum tolli, (Cap. III. 32.) atque,  
quod satis clarum esse videtur, si legis usum tollere, & quaevis sancti-  
tati vitae contraria opera permettere, siue peccandi libertatem conce-  
dere (Cap. VI. 1.) vnum est idemque, nihil est magis manifestum,  
quam excludi ex fidei notione iustificantis coram Deo hominis quae-  
cunque opera, siue ad ceremonias pertineant religiosas, siue ad mora-  
lia opera. Antequam vero ab hac epistola discedam, fides illa, de  
qua Paulus in Cap. X. differit, adhuc est commemoranda, in qua sectio-  
ne causam reiectionis Iudeorum, quam Cap. IX. 30 - 33, breuibus  
modo nominauerat, pluribus nunc declarat ac demonstrat. Hanc es-  
se, ait, defectum της πισεως, sine qua nulla detur iustitia coram Deo,  
nullaque salus & liberatio a poenis diuinis, (est enim σωζεσθαι in hoc  
capite plerumque liberari a poenis diuinis, Iudeis αἰνισοις imminentibus,) quam iustitiam per actiones legi Mosaicae conformes iam con-  
secutos se esse sibi persuadeant Iudei (Cap. X. 3, col. IX. 32.) esse ve-

ro legalem oeconomiam per Christum sublatam, & fidem in eum unicam esse caussam iustitiae coram Deo obtinendae (Cap. X. 4.). In quo autem haec πίστις consistat, Paulus deinde pluribus exponit, quod nempe sit coniunctio certa de veritate istius doctrinae, quam apostoli praedicabant, & quae hoc fundamento superstructa nititur, Iesum esse dominum ac saluatorem mundi (Cap. X. 9. coll. 6 - 8.), in primis vero, rediisse ex morte Iesum, eoque libertatem a poenis diuinis, iustitiam & salutem cunctis esse promissam & obsignatam. Obiectum huius πίστεως igitur in se quidem sunt doctrina christiana, & summa in primis eius fundamenta, quam Iudei non profitebantur, & salus absolutione a Deo concedenda non est proxime aeterna salus, quae nihilominus ipsam liberationem a poenis horrendis reliquorum Iudeorum sequuta esset, at ipsa haec a poenis liberatio concedi non aliam ob caussam dicatur, quam quod solemnissime ipsa Christi resurrectione obsignatis promissis diuinis credatur, neque obtineri posse ab iis, qui in dubium vocarent vel negarent maximum hoc diuinorum promissorum sigillum. Fides igitur & hic nulla est alia, nisi immota in promissis diuinis fiducia, quae non potest non in iis, qui redditum Christi ex morte penitus negant, deesse, atque si poenarum, a quibus liberandi erant, indolem spectas, eadem fere ac liberandorum ex captiuitate, quam Habacuci loco poscit Deus. Quare haec erat eorum ἀπίστια, quod Iesum verum Messiam reiiciebant, qui hanc ob caussam illis iam in V. T. ut Λύθος προσκομιστος (Cap. IX. 32.) erat descriptus in vaticinio illo praeclaro: Ies. XXVIII. 16. Ἡ πίστις igitur certe est coniunctio, Iesum esse verum Messiam ac saluatorem omnium hominum, quae quoad deerat, neque fiduciae illius in promissis diuinis locus erat, quem illa esset conditio liberationis a poenis diuinis, ut non impingerent ἀπίστια,

vt

vt in lápide, sed crederent atque venerarentur vt dominum, quem  
salutis auctorem miserat Deus.

§. XI.

Hae sunt praecipuae vocabuli *πισεως* notiones, quae in Ep. Pauli ad Romanos occurunt, & ad hos duos conceptus redeunt, tum persuasionem ac conuictionem de aliqua re generatim, quae tam fidem integrae doctrinae Euangelicae dandam, quam fidem legibus diuinis habendam comprehendit, tum in primis de promissis diuinis certo implendis conuictionem, ex se ipsa fiduciam in his promissis gignentem, ad promissa diuina quaecunque, & ad promissionem de iustitia & salute per Christum pro nobis mortuum obtinenda speciatim applicatam. In toto sacro noui foederis codice nulla alia legitur, quae sub has classes, quasi species aliqua, non possit referri, quod inductio ac collatio variorum exemplorum satis superque demonstrabit. Primum locum merito hic obtinet ultima pars Capitis secundi Ep. Iacobi, quae tam variis interpretum sententiis atque explicationibus subiecta, & a contradictione, cuius speciem contra Paulum prae se fert, libera ta fuit. Omnis difficultas, qua hic locus vexatur, in vocabulo *πισεως*, eiusdemque, qua hoc loco a Iacobo adhibetur, notione sita est, quae, hac recte confiruta ac confirmata, tota euanevit. Illi sane rem optimae soluant, qui Apostolum *πισεως* vocem in generaliori suo significatu, quo solam persuationem de veritate alicuius rei eiusque confessione indicat, adhibere affirmant. Hoc enim statim patet ex toto huius orationis filo. Iacobus parte ultima Cap. I. fidem, qua tantum doctrinae sacrae in conuentibus sacris ob religionis Christianae externam professionem essent auditores, a vera fide ad omnem doctrinam sacram &

per integrum vitam se extende distinxerat, atque hanc esse veram Christianorum fidem solam, dixerat. Ideo etiam speciem externam Σημαίαν, sine interna mentis ad praecepta diuina compositione, vanam inutilemque pronuntiauerat. In primis ob defectus abususque ingentes in coetibus Christianis reprehendendos ad singula praecepta diuina pertinere fidei fructus, atque ideo etiam ad amoris integritatem non diuitibus tantum, sed & pauperibus exhibendi, monuerat initio Cap. II., & prohibuerat, πιστω, id est, πισευονται seu Christianos iudicare ex specie, quam prae se ferant, externa (ἔχειν ἐν προσωποληψίᾳ), quum de iudicio in conuentibus sacris ex dignitate externa, vestibus splendidis atque diuitiis ferendo ipse explicet illud, ideoque regibus ipsis dignum (Βασιλικον) illud V. T. praeceptrum ininxerat: εἰ γαπητεῖς τὸν πλητιον σου, ὡς σεωτον. Quare & verba & facta nostra sic esse componenda pergit, quasi ad integrum N. T. doctrinam sacram nosmetipſi iudicari vellemus. Solam enim cognitionem & approbationem huius legis nostraeque obligationis sine villa eiusdem observatione, nos a severo illo iudicio, in immisericordes a Deo exercendo eripere (σωσαν) non posse. Sicut blanda in pauperes verba sine villa beneficiorum collatione nullum plane habeant usum, quum verba sint, praeter ea que nihil, sic fidem, nisi singulas doctrinae Christi partes comprehendat, meritis consistere verbis s. externa professione edita, absque ullo effectu, per se igitur mortuam esse, nulliusque virtutis, ostendendam potius a quo quis esse fidem per opera, nisi mortui instar corporis esse debeat nullo motu nullaque actione, corpus se esse humanum, demonstrantis. Pari ratione se habere fidem de existentia unius tantum Dei, quae quidem nostri sit officii, sed sola probos nos non constitutat, quod ex ipso diabolorum exemplo intelligatur, qui etiam

etiam de existentia vnius tantum supremi numinis conuicti sunt, potentissimumque hunc imperatorem norunt exhorrescantque, sed opera eorum huic fidei conformia non sunt. Hanc nudam fidem, quae nullos habet effectus in mente actionibusque nostris, esse mortuam repetit, id est, prout ipse explicat non magis fides veri nominis, neque maioris usus, quam corpus omni motu vitali destitutum. Egregio illo Abrahami exemplo, quod receptissimum fidei & iustificationis illustratione erat exemplum, vtitur ad magis rem hanc explicandam, qui non nude promissis diuinis fidem dedit, sed per actionem ipsam, unicum suum filium altari imponens, immotam suam conuictionem, vere se credere promissioni diuinae, demonstrauit & iussi probique viri nomen sibi conciliavit. Fides enim Abrahamo in iustitiam est imputata, gratiosamque obtinuit mercedem, non tam demum, quum Isaacum offerre vellet, sed statim post promissum absque mentione filii ipsi adhuc ex Sara nascendi datum & acceptum (Gen. XV. 6.), antequam opus aliquod fecerat, eademque fides tantae firmitatis & constantiae, vt de promissi diuini impletione non dubitaret, et si omnis spes hoc sacrificio praecideretur, demonstrata est luculentissime, vt quisque fidem illam, Deo ante soli perspectam, intueri posset, ideoque opere hoc solemnissima iustitiae eius sieret declaratio. Hoc igitur opus *νεώ-*  
*χημα* ei erat apud homines, at non apud Deum (Rom. IV. 2.), quum non ob sacrificium hoc non negatum, sed ob fidem constantem ante iam Deo perspectam, iustus praemioque diuino dignus sit declaratus. Quo sensu Jacobus την πιστων adhibeat, ex hac breui orationis eius delineatione pater. Si enim de fide Abrahami loquitur, certe intelligit eandem, quam Paulus, indubiam fidem promisso diuino datam, quae eadem est, ac fiducia in hoc promisso reposita, quum ad eundem Ge-

neseos

neseos locum prouocet, quo fides intelligi nequit alia. At si de fide  
Iuic dissimili Christianorum externa professione sine obsequio legibus  
diuinis praefito loquitur, certe nullam intelligit fiduciam in promissis  
diuinis, sed merum religione Christianae professione hac externa datum  
assensum, hinc Christianismum ipsum eiusque professionem externam.  
Quum interim, hunc esse genuinum Christianum, qui ita assentiatur re-  
ligioni Christianae, non adserat Paulus, non sequitur, *ἵνα πιστεῖς* etiam dari  
simulatam, quam ob locum hunc Iacobi & comparationem eo adhi-  
bitam mortuam vocant Theologi. At dicis, saltim opera spectari in fi-  
de iustificante, ideoque id saltim Paulo opera omnia excludenti con-  
tradicere. At si Iacobo δικαιούντι nihil est aliud, quam solemniter pro  
iusto declarare externo aliquo fidei signo, quod est indubium, si a Deo  
δικαιωθεὶς dicitur Abrahamus dudum ante mæstationem Isaaci, & ante  
opus aliquod aliud patratum, & Iacobo denuo δικαιωθεὶς per hanc  
mæstationem, tanquam externum fidei signum, fidem iustificationis  
apud Deum solam esse caußam, quam opera sequantur, hinc in fide illa  
coram Deo iustificante non comprehendi opera, sed in demonstrata fide  
per effectus suos, nihil docet, nisi quod Paulus disertissimis verbis do-  
ceret. Quod & collatio vtriusque locutionis δικαιούνται & δεινυνεις πι-  
*σιν ἐκ τῶν ἐργῶν* satis luculente confirmat.

### §. XII.

Hanc eandem generaliorem notionem, at obiectiue magis ac-  
ceptam, vocabulum πιστις obtainere mihi viderur in Act. XVII. 32.  
Theologi in determinanda vera in hoc commate της πιστεως notione  
duas in partes abierunt; sic ut alii eam per coniunctionem aut per fidem  
in Iesum, quam doctrina sua exhibet, & cuius arrha & pignus Christi  
re-

resurrectio est, explicauerunt i). Priorum sententiae, quae nexui & fini orationis Paulinae, ipsique rationi loquendi ex mea sententia accommodatior est, subscribo. Paulus enim orationi suae his dictis finem imponit, quod Deus die quodam destinato terrarum orbem iuste iudicaturus sit per Christum Iesum, quem iudicem constituerit. Et ne vnum dubium contra huius rei veritatem moueri possit ex morte Christi, qua omni destitutus videri possit potentia ac gloria ad hoc iudicium exercendum, doctrinæque eius omnis fides adimi, Deus omnibus conuictionis ac certitudinis argumentum exhibuit, eo quod ipsum a mortuis in vitam reuocauit. Haec vberior huius commatis translatio iam satis hunc orationi huic maxime conuenientem *πιστεως* significatum vindicat, cui adhuc ipsius linguae vsus accedit. Nam prima ac generalis *της πιστεως* notio est persuasio de aliqua re, vnde illi oritur in nonnullis constructionibus argumenti probantis significatio. Etsi vero haec non saepius in N. T. occurrat, (quod dubium vrgeri solet,) eam deserere tamen id nos non cogit. Missò enim illo postulato, N. T. omnes huius vocis continere debere significatus, hoc iam ad eam tuendam sufficit, quod vnum eundemque faciat sensum, siue conuictionem siue argumentum conuincens vertere malis, & neque noua neque inusitata sit. In graecis melioris notae scriptoribus hoc sensu etiam haec locutio: *πιστιν παρεχειν* occurrit, vt confirmare, probare, argumentum exhibere, fidem facere significet;

ad

i) Prioris sententiae defensores in medium protulit WOLFIUS in Curis in N. T. ad h. l. & ALTMANNVS in Melet. philolog crit.; Posterioris vero HEVmannVS in explicat. N. T. recenset.

## D

ad quod probandum elegantissimi hac in re auctores R A P H E L I V S  
k) & K Y P K I V S<sup>l)</sup> exempla collegerunt, nostrumque locum iis illu-  
strarunt. Eundem in finem, affirmat M Ü N T H E m), πιστιν Diodoro  
non raro esse argumentum conuincens, probationem, arrham & pi-  
gnus fidei certissimum.

## §. XIII.

Cum illa της πιστεως notio, quam §§. VI. & VII. tradidi,  
conuenit ista verbi πιστευειν notio, quae saepius in N. T. paginis occur-  
rit, si de convictione ac professione, Iesum esse verum Messiam, sermo  
est. Qui hoc sibi perfaustum habent, Iesum esse verum Messiam &  
saluatorem mundi, illud πιστευειν dicuntur. Princeps omnium locus,  
quem probationis loco ponam, exstat in Ev. Io. Cap. IV. in quo πιστις  
mulieris Samaritanae & ciuium eiusdem vrbis enarratur, quae hoc mo-  
do orta est. Christus cum hac muliere colloquens illi declarabat, se  
esse hunc verum Messiam, quem se expectare dicebat (comm. 26.).  
Illa, Christo fidem dans, reuertebatur ad urbem, inuitans ciues suos,  
ut viderent virum, qui omnia sibi dixisset facinora, quae patrauerit,  
& examinarent, an non hic Christus (Messias, coll. comm. 25.) sit (comm. 29.).  
Quo facto multi ex hac vrbe ἐπιστευται εις αὐτον, hoc est, agnoue-  
runt & conuicti sunt, eum esse mundi saluatorem, verum Messiam, (coll.  
comm. 42. in quo ipsi hanc suam fidem sic explicant). Eadem ratione  
adhi-

k) Vid. Obs. illius in N. T. ex Polybio ad h. 1. cui K R E B S I V S in Obs.  
in N. T. e. Fl. Iosepho assentitur.

l) in Obs. sacris in N. F. libros ad h. 1.

m) in Obs. philolog. in N. T. e Diodoro Siculo.



adhibetur το πιστευειν de iis, qui, propter miracula a Christo patrata in hunc finem, eum verum Messiam professi sunt, vt Io. II. 23. IV. 53. VII. 31. X. 42, nec non de iis, qui ab Apostolis in numerum Christianorum propter hanc fidem recepti & sacro lauamine initiati sunt, v. c. Act. VIII. 13. coll. 12. & comm. 37. (vbi Eunuchus a Philippo antea de Christo institutus fidem suam sic definit.) Cap. XI. 21. coll. 20. To πιστευειν itaque his in locis nihil aliud est, quam doctrinam illam, Iesum esse verum Messiam ac mundi saluatorem, conuicione suscipere, siue, quod unum idemque est, Christianismo se addicere, quod Marc. I. 15. exprimitur, πιστευειν εν τω εὐαγγελιῳ (idem quod εἰς το εὐαγγελιον, sola constructione diuersa,), doctrinae de Iesu, qui sit Christus, hominum saluator, fidem dare. Hinc πιστις saepius etiam est doctrina salutaris Euangelii, quo nomine eam ipse Paulus (Phil. I. 27.) insignit. Huc etiam mihi referri videntur nomina ista, quae huic fidei in S. S. impertinentur, ab ipso doctrinae Christianorum capite primo desumpta. Haec sunt: Πιστις εἰς το ὄνομα Χριστού, Io. I. 12. 1 Io. V. 13. Πιστις του ὄνοματος αὐτοῦ, Act. XIII. 16. coll. 13. 15. Πιστις εἰς Χριστον Col. II. 5. coll. 6 & Πιστις εν Χριστω Ιησου 1. Tim. III. 13. Eodem significatu adhibet Ioannes Cap. V. comm. 4. Ep. Imae simpliciter vocem πιστις, & comm. 5, eam ipse sic explicat. Haec vero πιστις, quae conuicione, Iesum esse verum Messiam ac saluatorem orbis terrarum, absolvitur, supponit quidem in fide salutifica, quippe absque qua nullae per Christum datae promissiones divinae plena credi possunt fiducia, at fidei huius nos iustificantis notionem non exhaustit <sup>n)</sup>, sed tantum est generalis notio fidei Christiana.

n) Hoc Cel. WHITBY in the Paraphrase and Commentary on the new Testament, Vol. II. in the Preface to the Epistle to the Galatians con-

cen-

norum, quae primarium illius, quod a Christianis creditur, non omne, quod fidei huic in toto suo ambitu consideratae inest, homini ad iustitiam coram Deo imputandum sistit. Quam ob causam etiam ipsa S.S., non sufficere ad iustificationem nostram coram Deo aeternamque salutem consequendam, si modo, Iesum verum esse Messiam, credamus, satisclare docet, atque hanc fidem saluificam alio clariori nomine insignit, & eam copiosius definit, de quo infra agetur. Iudee proditoris infatus exitus, Ananiae, Sapphirae, Simonis exempla, ipsum effatum Christi, non omnes, qui Messiam ipsum profiteantur, ipsaque miraculosa virtute sibi concessa indubie de veritate hac sint certi, salutem esse obtenturos, & a poenis diuinis liberatumiri (Matth. VII. 21-23.), cum aliis satis id luculente probant.

## §. XIV.

tendit, & probare studet. Sic enim fidem definit: *The Faith is only a cordial and firm Belief, that Jesus is the Christ, the Lord, the true Messiah or Prophet, sent from God to reveal his Will to the World, the Son of God, the Saviour of the World;* atque reliquas definitiones ad fidem in iustificatione spectatam speciatim pertinentes reiicit, hac sola definitione fidei iustificae naturam exprimi, existimans. Limites mihi propositos transgrederer, si omnia ipsius argumenta examinare vellem, inter quae illa, quae aliquid hoc in re efficiunt, nihil aliud probant, quam hanc πίστης notionem esse biblicam. Hoc modo contra eum admonuisse sufficiat, quod omnis ipsius error ex hoc originem suam traxit, quod fidem saluificam, & fidem Christianorum generatim sumtam inuicem confuderit, quod statim ex ipsa ab illo in fronte dissertationis constituta questione patet: *What is the Import of the Word Faith in Scripture, especially, as it relates to the Matter of Justification, or what the Scripture representeth as true Christian Faith.*

## §. XIV.

Fides, quae promissionibus diuinis datur, in nobis naturam fiduciae induit, & pro variis obiectis (promissionibus diuinis) diuersi generis esse potest, quod iam supra notatum, & exemplis variis probatum est, quibus nunc nonnulla, quae quasi alias species vnius eiusdemque generis sunt, adiungere animus est. Huc pertinet fides, de qua Paulus Ebr. XI. agit, & quae tam late patet, ut circa quascunque promissiones diuinias versetur; nec non illa Habacuci fides, quae singulari promissioni diuinae habetur, & Abrahami Rom. IV. commemorata. Sed quum iam §. III. & VI. alio fine his de locis yberius disseruerim, eo ablegasse sufficiat. *¶* *¶* vero illa, quae inter dona Sp. S. miraculosa refertur, hic sibi eadem de caussa locum vindicat. Hanc, quam miraculosam nominamus propter obiectum & virtutem suam, Paulus in amplissima illa donorum Spiritus S. miraculosorum enumeratione illis donis annumerat, i Cor. XII. 9. XIII. 2. coll, Matth. XVII. 20. Luc. XVII. 6. Constitisse eandem, arbitror, in immota fiducia in promissionibus diuinis deposita de concedenda vi miracula parandi, solis precibus, vel Spiritus S. extraordinario impulsu intercedentibus. Probe igitur erit distinguenda ab eorum fiducia, in quibus erant edenda, de certe euenturis miraculis, quum haec in illis existaret, qui ea efficerent, etsi nihilo minus etiam extraordinarii aliquid fides haec habeat, quum non omni tempore exspectare miracula liceat, sed eo tantum tempore, quo, donis instructos miraculosis doctores se misisse, luculentis patefacit signis Deus. Hanc veram esse *¶* *¶* miraculosa indolem, ex aliis locis luculenter potest effici. Sic enim ipse salvator eam Matth. XXI. 22. coll. 21. definit. Respondeat hic Christus discipulis suis, de celeri miraculi euentu attonitis, ipsos eadem,

D 3

imo

imo maiora patratiros esse, si fidem haberent, quae nullis dubitatio-  
nibus agitaretur. Quaecunque ipsos, (quo illis modum eam exercen-  
di quasi praecipit) quae tali fiducia precibus suis sibi expeterent, esse  
accepturos atque effecturos. Preces vero has saepius spiritu diuino impel-  
lente fuisse fundendas, aliis facile evinci posset rationibus, si de donorum  
miraculorum indole & discrimine disputaremus, neque de sola fidei  
huius circa miracula versante ad reliquam fidei notionem ratione.  
Quam ob causam Iacobus has preces vocat την εὐχὴν τῆς πιστεως, (Iac.  
V. 15.) quibus seniores ecclesiae, sanandi dono instructi, hominem  
ob peccata a Deo morbo afflictum sanare possent. Quibus itaque hoc  
donum erat concessum, (soli enim Apostoli omnibus erant instructi)  
Deum precibus suis velle annuere immota fiducia sperabant, &  
sic, si Spiritus S. eos certos reddebat, iam Deo placere, ut propter  
rem christianam miraculum patrarent, illa efficiebant. Paulus quidem  
hanc πίστιν distinguit ab ἐνεργημασι δυναμεων, aliorum miraculorum  
patrationibus, (I Cor. XII. 9.) quod vero, rite explicata miraculoso-  
rum donorum enumeratione, facile conciliatur. Haec fides virtutem  
suam accipit ex inconcussa fiducia in promissionibus diuinis reposita.  
Has enim ipse Christus discipulis suis dederat, per quos illi, qui hoc  
dono digni iudicabantur, eas etiam accipiebant, ut de dono concessio  
dubitauissent, de diuina igitur Apostolorum Christique ipsius missione,  
si de facultate diuinitus concessa, patrandi miracula, dubitare vo-  
luissent,

## §. XV.

His variis fidei notionibus e sacris literis erutis, atque obiecto  
fidei saluificae §. VIII, & IX. iam nominato, ipsam huius fidei defini-  
tio-

tionem iustum facile constituere poterimus. Est nempe fides iustifica fiducia in promissionibus diuinis de omnibus peccatis nostris propter meritum Christi remittendis. Quae itaque certe supponit promissionum diuinorum notitiam, nobis quidem ex Euangelio acquirendam, hinc doctrinae christiana cognitionem eiusque veritatis & diuinae originis certitudinem, assensum itaque illi datum, at tantum in salutis iustificationisque negotio ad promissiones in Christo datas referunt, atque omni constantia mentisque firmitate credit & exspectat, quae Deus promisit. Quo fere summa reddit eorum, quae ante de fide hac ratione considerata probauimus. Haec itaque fiducia nostra, quae essentiam fidei constituit, verbo ac promissionibus Dei, in Euangelio oblati, suffulta nititur, & quidem illis, quae nos certissimos reddunt, Deum in nos, aeternis quidem suppliciis dignos, benebole affectum esse, & immunitatem a poenis omnibus, imo aeternam felicitatem ob mortem Christi donare nobis velle. Haec sola fides nos iustificat, (a qua efficacia nomina illi venerunt, iustifica & saluifica,) & quidem relative, quia per illam meritum Christi apprehendimus, hoc est, fiducia illud nobis vindicamus, ac velut nostrum facimus, & promissis diuinis hac de re fidem damus. Hae promissiones diuinae sunt generales & indeterminate, & per fidem & assensum, quem singuli illis dant, speciales fiunt, quod Theologi vocant, apprehendere, applicare sibi meritum Christi o).

## §. XVI.

- e) Quam ob rem opus non est, ut singulorum nomina recenseat scriptura, quibus remittantur peccata, quum per applicationem singulorum fiant speciales, dummodo id certo constet ex ipsa scriptura, legitime fieri a quoquis posse hanc applicationem. Neque nominum, quibus

§. XVI.

Haec fides saluifica nomine speciali πίστεως ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ a Paulo insignitur (Rom. III. 25.) ad eam a fide cuicunque diuino testimonio habita discernendam, & primarium illius obiectum, (mortem scilicet meritum Christi,) cui soli nostram salutem aeternam acceptam referimus, indicandum (coll. § XIII.). Quum autem Deus per resurrectionem Christi a mortuis maximum argumentum dederit, Iesum esse verum Messiam, eum satisfecisse pro nobis, Deum eo nobis reconciliasse, totumque opus redēctionis perfecisse, & hac ratione declarauerit, se nobis propter hoc Christi meritum peccata remissurum esse, si huic promissioni fidem haberemus, haec fides saluifica in S. Scriptura describitur, ut fides in eum, qui Christum a mortuis in vitam reuocauit, e. g. Rom. IV. 24. coll. 25. 1. Pet. I. 21. Et quum haec fides saluifica, quae merito Christi nititur, non possit existere, nisi Iesum verum Messiam agnoscamus, illa non raro in literis simpliciter fides in Iesum Christum vocatur p).

§. XVII.

bus carere possumus, apprehensionis aliorumque, in sacris litteris defectus hic contrarius est, quum, si licet cuive ad se trahere promissiones ob Christum datas, sufficiat, & id sit probatum, quod apprehensione exprimitur. Reliqua, quae WHITBY habet cum ARMINIANIS, ad fidei variarum notionum & partium confusionem pertinent, neque, quae diserte docet scriptura de iustificatione loquens, impugnare possunt.

- p) Quae itaque argumenta ista negantium hanc fidei iustificae notionem, quae ex his locis repetuntur, facile confutare possunt, certe cum reliquis locis, vbi de immota fiducia in promissionibus diuinis explicatur fides iustifica, conferendis & ita explicandis, ut integra Scriptura S. sibi constet. Neque obscura est mens Pauli in primis Rom. IV. 25.

§. XVII.

Hanc traditam (§. XV.) veram iustamque fidei salutifica esse notiosem, nulla vberiori demonstratione indiget. Nam pater enim ex ipsis huius fidei obiectis, merito nimirum Christi, & promissionibus dicinis, Deum propter hoc peccata nobis velle condonare; imo ex ipsis huius fidei nominibus biblicis, nec non ex vberiori modi, quo circa has promissiones diuinis versetur fides in ipsa iustificatione spectata, luculenta Pauli descriptione, rite esse determinatum tam fidei huius obiectum, quam formam & naturam. Quibus accedunt ipsae S. Scripturæ reliqua descriptiones naturæ huius fidei, e. g. Act. XV. 11., ex quo Apostoli asserto pater, fidem esse fiduciam, propter meritum Christi nos in salutem aut iustificatum, Rom. X. 4. Receptissima Theologis huius fidei definitio est haec: Fides salutifica est fiducialis apprehensio meriti Christi; a qua vero nostra non re, sed verbis tantum differt, & ex mente mea ideo est præferenda, quia maioris est perspicuitatis, & duplex fundamentum eiusdem tradit.

§. XVIII.

Quomodo autem Theologorum nostratium definitiones ac distinctiones fidei, quatenus ad hunc scopum pertinent, nec non partes fidei plerumque concessæ cum demonstrato huius nominis biblico usu convenient, paucis nunc erit videndum. Solent nempe fidem in uniuscunus distinguere in eam, quae creditur, atque illam, qua creditur. Illa, quam alii obiectuam nominant, continet omnem fidei diuinitus ad salutem humanam patescantam doctrinam, & eadem est, cuius §. VI. nemini, quod locis nonnullis N. T. certe obiectuam haec notio locum habet, ut Act. VI. 7. 1. Tim. III. 9, haec vero, quae subiectuam ab aliis dicitur, eadem est, quam per totam fere dissertationem ex sceti literis probavi, & quae ipsam etiam fidem iustificantem in se comprehendit.

E

Hanc



Hanc iterum Theologi, librique nostri symbolici considerant ut fidem dogmaticam, quae ad omnem pertinet doctrinam sacram, quam & alio nomine generalem vocare solent, quaeque iterum esse potest humana, sola auctoritate humana innixa, meraque externa fidei professione se demonstrans sine salutari illo effectu a fide vera exspectando, quae est illa, cuius ex Iacobo mentionem fecimus (§. XI.), quam & falsam dicere posses ad fidei Christianae in vniuersum omnis finem referatam, & mortuam ex eadem Iacobi epistola, quod supra dixi, nominant; vel diuina, quatenus coniunctio, atque inde oriundus assensus, ex operatione diuina per verbum oritur, in qua cuncta illa conueniunt, quae fidei salutaris ἐργατικα attribui solent, quum & ipsa sit iustifica, & obedientiam gignat, quo postremo respectu viua solet vocari. Huius etiam sine dubio est effectus fiducia in promissionibus diuinis in vniuersum omnibus. Quam fidem etiam in notione biblica contineri, vide §. VI. sqs., atque a virtute diuina illam pendere, huius loci non est probare, sed alio loco argumentis aliis est probandum. Est itaque ipsa etiam fides, quae iustificat, at speciatim considerari solet, quatenus iustificat, atque hic iure docetur, eam iustificare, non quatenus est coniuncta cum bonis operibus, sed quatenus merito Christi, promissionibusque diuinis, in Christo datis, nititur. Hanc vero ipsius Scripturae S. esse mentem, demonstrauimus (§. X.). Quod si addunt denique, fidem non in se spectatam, sed relate ad Christum, iustificare, vel non sua dignitate, vt virtutem hominis consideratam, sed propter gratiosam aestimationem diuinam, in merito Christi fundatam, illud ipsum sine dubio perpetua gratiae diuinae cum Christi *ἀντηποτει* coniunctae erga omne meritum apud Paulum oppositio complectitur, atque ex ipsa notione imputationis alicuius rei ad iustitiam sequitur, quae omne, vi usus loquendi, rei illius, quae ita impunitatur, meritum excludit.

§. XIX.

Quum vero haec fides iustifica ex variis actibus, arctissimo inter se coniunctis vinculo, constat, sic quidem, ut neutra sine altera esse possit, Theologi tres actus sive partes fidei constituerunt, cognitionem, assensum & fiduciam, quarum priores ad intellectum, posteriores vero ad voluntatem referunt. Cognitio certa enim earum rerum, quae fidei nostrae obiectum sunt, prius requiritur, quam assensus dari possit, quo non solum ea, quae cognouimus, ut certa amplectimur, (assensus generalis,) sed etiam ad nos ea transferimus, (assensus specialis,) quam ob rem etiam Paulus nihil magis in fide vrget, quam certissimam mentis coniunctionem, quae demum inconcussam efficiat fiduciam, quae praecipuam fidei, per quam iustificamur, partem efficit, qua promissiones diuinas de remittendis nostris peccatis, conferendaque aeterna salute ut certo nobis implendas credimus & expectamus. Quamquam fiducia non sine assensu, nec assensus sine cognitione esse potest, attamen fiducia primaria est fidei pars, qua iustificamur; ex quo patet, cur tantum fiduciam in definitione posuerim. Neque id sine ratione biblica fieri, ex tota mea demonstratione ex epistola ad Romanos & Hebraeos constat. Errant itaque illi, qui notitiam a fide excludunt, & eam in solo assensu, nec non ii, qui in obedientia erga leges diuinas ponunt, aut hanc fidei iustificiae inferunt, quae fidei quidem certissimus est effectus, at formam eius, quatenus iustificat, non ingreditur. Quos omnes errores copiose examinare ac refutare non est mei consilii, neque opus hoc esse existimo, quum quid hac in re sit verum, quid falsum, facile constet, iusta fidei salutis notione e sacris literis eruta ac argumentis confirmata, cui finis hanc dissertationem, pro viribus meis conscriptam,  
tantum destinavi.

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO  
SCHNOBELIO

HABITATIONIS SVI AVCTORI

S. P. D.  
PRAESES.

**N**olo quidem th' litteris meis dissertationi Tuae addendas esse copias, ne diuinis discussiōnēs Tuā tam satis morbis alīisque impedimentis Tuis retardatū morari videar. Noluiſti enim ante conscripſam & defensam dissertationem bancce discedere. Inquis igitur eſem, si mora diuinariori Te detinerem litteris, que autim quidem mei teſtes eſe, at Te forte parum adiunire possunt. Panis iroque mihi licet. & Tibi ſpecimen hoc eruditioñis, acq[ui]ſitae, quod in academia bac edis, p[ro]f[er]em[us] gratulari, & felices futurorum Tuorum laborum Tibi aptare facessus. Specimen enim iſum a Te elaboratum, mēritissimum tantum confiſſis adiutum, atque locis nonnullis ſecundam illa mutatum facile iſtud testabitur, quod alias litteris dissertationibus adiunctis teſtari ſolent. Addi sine dubio potuſſent argumen[t]o ſatis amplio plura, in primis in dogmatica de fide commen[r]atione, qua[us] illuſtrando ei obverius inferire poſſerent, variarant maxime fidei ſalutaris notionum inter ſe inuicem i[n]ſtituta comparatio, quo luculentius demum inſlue fidei notionis inſigne in Theologia momentum, atque inſtructe uobis cum ipſis litteris ſacris certifimus conſefiſus. Noluiſti vero nec nimis in re tam graui breui eſe, nec nimia dissertationis mole lectorib[us] moleſtis, ſed caris potius matuorib[us] eam refuſare. Nihil amplius addo, quam ſinceri animi vota, vt Deo, rei publicae, & in primis coetus ſanctio[n]i, qui & noſtro tempore adhuc tam rite i[n]ſtituti, quam pro ſalute ciuium bene animatis indiget docto[r]ib[us]. Tibique iſipſi & perpetua Tuae ſalutis mentisque tranquillitatis i[n]ſeruas. Quod certe Te eſe facturum, conſido. Tecum etiam ſup[er]ebus precebus meis ſummi virum ſalutisq[ue] noſtræ auctorem rogo, vt hunc in finem conſecrato[n]is labores Tuos benigne velit, praſperare. Quo quidem ſeal'd in d[omi]ni mei erga Te amore, haud ſicutum teſtari non poſsum, Deo ſaltim teſte, amicitiam perpetuam Tibi praefla-bo, atque, quod Te rogo, amore Tuo perpetuo haud indignus iudicabor. Vale, resque Tuas futuras perpetuo feliciter age. Dabam in academia Georgia Auguſta, quae eſt Gottingae, XII. Cal. Ian. MDCCCLXVIII.

caro nōno[n] e[st] ſed[em] mēſte[re]ntur, mō[du]lo ſu[m]mernis conſiderare, cui ū[er]e  
p[er]d[er]it[ur] diuerſionem, mō[du]lo amplexu mēle conſiderare,

ſequuntur deſcriptiones.

CIV

E 5





2.



78 L 1708


ULB Halle  
002 390 507

3



Sb.

H.100.





# NOTIO FIDEI BIBLICA

DISSERTATIO THEOLOGICA

QVAM

PRAESIDE

GOTTHILF TRAVGOTT  
ZACHARIAE

SACR. THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE

PUBLICO ORDINARIO

IN ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA

D. XXIII. DECEMBER. A. O. R. C. IDIOCCCLXVIII.

EX LEGE

REGII COLLEGII THEOLOGICI REPETENTIVM

PUBLICE TVEBITVR

AVCTOR

IOAN. FRID. LVDOV. SCHNOBEL

ELTZA - CELLENSIS.

GOETTINGAE

EX OFFICINA HAGERIANA, CURANTE E. D. ALUERTI.

